Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et uiderunt et oderunt et me et patrem meum. Sed
ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est
quia odio habuerunt me gratis. Vig. omn. sanct.
In diebus illis: Lectio libri apocalipsis Johannis apostoli.
Ecce ego iohannes uidi in medio throni et
quatuor animalium et in medio seniorum agnum stantem
tanquam occisum. habentem cornua septem et oculos. vii.
qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Et uenit
et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum
aperuisset librum quatuor animalia et uiginti quatuor
seniores ceciderunt coram agno. habentes singuli citharas
et phialas plenas odoramentorum. quae sunt orationes
sanctorum. et cantabant canticum nouum dicentes. Dignus
es domine accipere librum et aperire signacula eius quia oc-
cisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni
tribu et lingua et populo et natione et fecisti nos regnum
deo nostro et sacerdotes et regnabunt super terram. Et uidi
et audiui uocem angelorum multorum in circuitu throni
et animalium et seniorum. Et erat numerus eorum
milia milium uoce magna dicentium. Dignus est agnus
qui occisus est accipere ~~librum~~ uirtutem et diuinita-
tem et sapiam. et fortitudinem. et honorem. et benedictio
nem in secula seculorum. Amen. Lucam

et etiam